

AD INNOCENTII II PRIVILEGIA ET EPISTOLAS

APPENDIX.

ANACLETUS ANTIPAPA.

NOTITIA HISTORICA

(Acta sanctorum Rolland., Conatus chronicus historicus ad Catalogum pontificum, in propterea ad Acta sanctorum Maii.)

« Petrus, natione Romanus, filius Petri Leonis, cardinalis SS. Cosme et Damiani, electus a paucioribus anno 1130, 17 Februarii; et in Dominica xxiii, assumpto Anacleti nomine, consecratus; sedit annos vii, menses xi, dies xxii, obiit 7 mensis Februarii, anno 1138, in latebris sine pompa sepultus. »

Occasionem schismatis nemo clarius quam Sugerius abbas his verbis explicat: « Venerandæ memoriz summo pontifice et universalı papa Honorio viam universæ carnis ingresso, cum Ecclesiæ Romane majores et sapientiores, ad removendum tumultum, consensissent, apud S. Marcum et non alibi, et non nisi communiter more Romano, celebrem fieri electionem: qui et assiduitate et familiaritate propinquiores apostolici fuere, timore tumultuum, Romanorum illuc convenire non audentes, antequam publicaretur domini papæ decessus, personam venerabilem, cardinalem de S. Angelo diaconum Gregorium summum eligunt pontificem. Qui autem Petri Leonis parti favebant, ad S. Marcum, pro pacie alios invitantes, convenerunt: dominique papæ morte serius comperta, ipsum eumdem Petrum cardinalem presbyterum, multorum et episcoporum et cardinalium et clericorum Romanorum nobilium consensu, votive elegerunt. »

Auctor vero Chronicus Beneventani successum schismatis sic describit: « Post Innocentium electionem, die ipso ad horam tertiam Petrus Portuensis episcopus, Petrus, filius Petri Leonis elegit pro Anacleti, deinde Innocentii illius electionem damnantes, Anacleti pontificis electionem confirmabant. Cumque Leo Frangens-panem, qui partem Innocentii sequebatur,cepit Romanos cives et fideles suos et amicos hortari ut ejus faverent auxilio. Inde Leo, germanus praefati Anacleti, arario aperto, totum fere populum Romanum rogavit, ut juxta vires fratris electionem tueretur: quod et factum est. Sicque ab utraque parte graviter civile bellum ævissimum incepit. » Tunc, ut scribit noster Chronologus Saxo, « habita est anno 1131 synodus generalis in Quadragesima apud Leodium, presidente papa Innocentio, cum numerosa multitudine episcoporum, abbatum et clericorum diversorum ordinum, præsente rege Lothario et regina Richisa: ibique ab ipso apostolico et omni Ecclesia inibi collecta excommunicati sunt Petrus Leonis, Conradus et frater suus Fredericus, cum omnibus illis faventibus. Deinde Innocentius papa, iterum collectis ecclesiasticis viris et fidelium turbis, apud Remensem urbem in festo S. Lucæ evangeliste, generali synodo per aliquot dies præsidebat. »

Cætera huc spectantia apud Baronium lege: solum ad chronologiæ probationem, ex prædicto Chrono-

16, sed præcedentium et subsequentium concilio-
rum canones habet adsimiles. — Animadvertere hic
juvat canones illos 17 quos concilio huic ascribunt
duo miss. codices, unde a Sirmondo, qui omnium
primus illos dedit, deprompti fuerunt, omnes vel
fere omnes, ad alterum concilium, quod illud præ-
cessit, Claromontanum ab Innocentio anno præce-
denti celebratum, pertinere; id autem constat,
primo, quod canon 13. Si quis suadente diabo-
lo, etc., et recensetur inter canones Claromontanos
a Baluzio vulgatos can. 10, et Claromontano pariter
ascribitur a Bernardo Guidonis in libel. De conciliis,
et a Ptolemaeo Licensi apud Baluz., in nota ad hoc
concilium, legenda in collect. Veneto Labbeana supra
paginam 449. Secundo quod fere omnes ii canones,
qui Remensi concilio tribuuntur, totidem verbis

inter Claromontanos leguntur; id vero in omnibus
canonibus, exceptis 5, 9, 14, animadvertis. Vi-
cissim autem plura sancta fuisse scimus in concilio
Remensi, quæ in canonibus hisce, vel inspiram
leguntur, ut patet ex summa canonum Remensium,
quam ex codice Udalrici supra dedimus; sicut et
constat ex epistola LV Innocentii relata in eadem
collect., col. 426, in qua pontifex asserit mandatum
a se fuisse in concilio Remensi, ut abbatum obedi-
tiam et professionem episcopi susciperent, quam san-
ctionem in canonibus 17 frustra queras. Censeo
igitur canones illos 17 collectionem esse cano-
num ex duplice concilio ab Innocentio in Galliis
celebrato Claromontano et Remensi, et forte etiam
Leodiensi compactam.

nico, accipe, quod anno 1137, stylo scilicet Northmannorum, « Anacletus, qui sub nomine pontificatus adixit, septimo die stante mensis Januarii mortuus est: qui sedit annis vii, et mensibus xi et diebus xxii. » Quæ verba dum allegat Baronius, pro nobis probat electionem Anacleti non esse factam 14 Februario (ut ait ipse) sed 17, totoque biduo celatum fuisse Innocentii mortem, donec scilicet in eligendum successorem convenissent suffragia præsentium in palatio cardinalium, et tanquam vivo adhuc pontifice, sed in horas moribundo, cuncta agentium, ad rem occultandam eis qui foris erant. Mortem Anacleti Chronologus Saxo his verbis consignavit, anno prænotato: « Petrus Leonis, qui contra Innocentium papam apostolicam sedem usurparvit, obiit, successoris autem post eum electi nullam facit mentionem, credo, quia fama ejus Alpes non transierit. »

NOTITIA DIPLOMATICA

(Philippus JAFFÉ, *Regesta pontif. Rom.*, p. 599. Berolini, 1851, 4°.)

Sententia Anacleti hæc est: DOMINUS FORTITUDO PLEBIS SUE (42, 49).

Bullis ejus subscrisserunt:

ep. Portuensis Petrus (4), Joannes (49).

presb. card. tit. S. Apolinaris Crescentius (49, 51).

 , , , apostolorum Gregorius (4).

 , , , S. Balbinæ Gregorius (4).

 , , , S. Calixti Jonathas (4).

 , , , Equitii Mathæus (49).

 , , , S. Eudoxiæ Mathæus (39).

 , , , S. Eusebiæ Amatus (45, 46, 49).

 , , , S. Marcelli Petrus (4, 49).

 , , , SS. Marcellini et Petri Crescentius (45, 45, 46).

 , , , S. Pastoris Joannes (4, 45, 46).

 , , , S. Praxedis Desiderius (4).

 , , , SS. Quatuor coronatorum Benedictus (51).

 , , , S. Sabinae Comes (4).

 , , , Amatus (51).

 , , , S. martyris Susannaæ Petrus (4, 43).

 , , , S. Vitalis Lictiefredus (4).

 , , , Matthæus (42, 43).

diac. card. S. Adriani Romanus (45, 49, 51).

 , , , S. Angeli Hermannus (4, 51).

 , , , SS. Cosmæ et Damiani infra templum Romuli Mathæus (48).

 , , , SS. martyrum Cosmæ et Damiani Pandulfus (48, 51).

 , , , S. Eustachii Gregorius (45, 46).

 , , , S. Laurentii Rainaldus (45, 46).

 , , , S. Luciae in septa solis Silvius (4, 43, 45, 46, 48, 51).

 , , , S. Mariae in Aquiro Gregorius (4).

card. S. Agathæ Oderisius (48, 50).

Petrus Pisanus card. (42).

Dates bullæ sunt p. m.

Saxonis S. R. E. presb. card. et cancellarii (4, 39, 42, 43, 44, 45, 46, 48).

Matthæi S. R. E. presb. card. et cancellarii (49, 51).

ANACLETI ANTIPAPÆ EPISTOLÆ ET PRIVILEGIA

I.

Ad archiepiscopos, episcopos, abbates, præpositos et reliquos tam clericos quam laicos per Alamaniam et Saxoniam constitutos.

(Anno 1130, Febr. 24.)

[ECCARD, *Corpus hist.*, II, p. 351, ex cod. Udalric., n. 339.]

ANACLETUS episcopus, servus servorum Dei, vene-

B rabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, abbatis, præpositis et reliquis tam clericis quam laicis per Alamanniam et Saxoniam constitutis, salutem et apostolicam benedictionem.

Ex auctoritate beati Pauli apostoli didicimus, et in nobis ipsis nuper experti sumus, quoniam vere inscrutabilia sunt judicia Dei et investigabiles viae